

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LVI. Dei gloriam & auditorum suorum salutem unicè quaerat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

Menschen Kunst reguliren (ut ventusest, ita velum vehitur,) &c. spiritum Dei non habent, poenitentiam impiorum impediunt, & sibi damnum accersunt Jerem. XXIII. v. 16. seq. & 30. seq. Ezechiel. XIII. 9. seq. Attendant illud Apostoli Gal. I. 10. *Si hominibus placerem, i. e. placere studerem, sive in gratiam & ob gloriam hominum prædicarem, Christi servus non essem*, confer. I. Thessal. II. 4. Non moveatur ergo Concionator hominum laudibus, non timeat verba aut facies, atrocesque minas malorum, non corroboret manus impiorum, Ezech. XIII. 22, sed generoso animo *Placentiam* prætervectus, recta *Veronam* cursum dirigat. B. Lutherus anno Christi 1518. in Heydelbergensi disputatione rectè scripsit; *Theologus gloriæ dicit malum bonum, & bonum malum: Theologus crucis dicit id, quod res est.*

LVI.

Dei gloriam & auditorum suorum salutem unicè quærat.

Εὐαγγελισ.

OMnes actiones suas Orator Evangelic9 dirigat ad unius Dei gloriã propagandã, & animarũ sibi commissarum conversionem & salutẽ promovendã, Neq; enim ferẽ
qvic-

quicquam est, quod Auditorem magis afficiat aut permoveat, quàm si advertat, Concionantem solo Dei amore & suæ salutis ducti. Hinc *Bernhardus* Epist. 42. puritatem intentionis præcipuè in duobus docet consistere; *in quærendâ Dei gloriâ & utilitate proximi*. Sicut duo maximè hoc in opere rectam pervertunt intentionem; inanis gloriæ ambitio & lucri alicujus temporalis appetitus, unde præstantissimi muneris hujus tota administratio vitatur. Infelix Fidei Præco, qui suâ, non Dei gloriam quærit, quiq; à populo diligì & laudari cupit, & non ut Deus diligatur & laudetur, efficere studet. Generale Paulinum pronunciatum est; *Omnia ad Dei gloriam facite*, 1. Cor. X. 31. Uti itaq; omniũ operum, ita in primis hujus sacratissimi operis finis principalis, summus & ultimus sit *Dei gloriâ*, hic scopus illius, hæc meta. Finis proximus est *auditorum conversio, emendatio & edificatio*, adeoq; *in fide & pietate profectus & æterna salus*. Hunc scopum ut sibi in officio suo præfixum habeant Ecclesiæ Ministri, monet Apostolus, quando sermonem suum omnem ad *edificationem Corinthiorum* directum esse asserit 2. Corinth. XII. 19. & quando præcipit, ut in Ecclesiâ omnia fiant *ædς δις οδοις*, ad *edificationem*, ad discipulorum utilitatem.

1. Cor.

1. Cor. XIV. 26. *ὡς ἰσχυρὸν αἰσθῆς*, Rom. I. 5. Ut
 rum in *veritate* & *Orthodoxiâ*, seu *fide sincerâ*,
 rum in *pietate* & *sanctimoniâ* Ecclesiâ conso-
 lidetur, & perficiatur, adeoque *corpus Christi*
mysticum ædificetur, Eph. IV. 12. 13. & audien-
 tes *μεγαλὰ θεῶν* sentiât cordis compunctionem
 Actor. II. 11. & 37. De ministerio Timothei
 1. Tim. IV 16. sic scribit; *Attende tibi ipsi &*
doctrina: *Insta in illis*; *Hoc enim faciens, te*
ipsum salvabis, & eos, qui te audiunt. Hinc A-
 postoli & Verbi Præcones dicuntur Obad. v.
 21. *שׁוֹשִׁיעִים*, *Salvatores* i. e. *Salutis organa*,
 Salvatoris unici, Christi instrumenta, ejusque
 nuncii ac legati, 2. Cor. V. 20. *θεσσωμεν* 1.
 Cor. III. 9. in genere de hoc fine Ecclesiastici
 Ministerii egregiè differit S. Paulus Ephes. IV.
 11. 12. 13. 1. Cor. I. 21. & c. XV. 1. Uti politico
 Salus Reipublicæ ita Theologo salus Ecclesiæ
 suprema lex esto. Omnis itaque Concio-
 natoris oratio ac diligentia in hunc finem di-
 rigenda est, nempe ad Dei gloriam & ho-
 minum salutem, & ex hoc fine descriptio O-
 ratoris Sacri desumenda; utpote qui nihil
 aliud est, quàm *persona à Deo vocata, per*
Verbi divini ministerium, gloriæ ejusdem Dei &
salutis animarum inserviens. Benè B. D. Carp-
 zov. in Hodeget. Membr. I. aphor. 1. §. 2. Non
 alium scopum sibi figat Præcones Verbi, inquit, præter

Z

Dei